



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

10. Maji. Mulierum, etiam earum, quæ spirituales sunt, vitanda familiaritas, quarum è consuetudine vel sumus sequitur, vel flamma. S. Ignat. apud Barto. l. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

10. Maji.

*Mulierum, etiam earum, quæ spirituales
sunt, vitanda familiaritas, quarum
consuetudine vel fumus sequitur,
flamma. S. Ignat. apud Barto. l. 4.*

Qui calefieri renuit, ignem non acci-
dat, hic enim etiam in nolentem di-
fundit calorem. Cur appetis ibi agere,
versari, ubi vel perire debes, vel vincere.

Ut cum hostibus, ita cum mulieribus
conversandum. Illi cervicem, hæ cor per-
tunt; aperti illi armis, hæ occultis pug-
nant major ab his, quàm illis metus, qui
certius exitium.

Si fructus, qui sperari, & damna, qui
metui possunt, æquâ lance pensentur, hæ
illis longè præponderant. Cedros libani
dejecit hæc pestis, de quorum casu tan-
tum parùm timendum erat, quàm de casu An-
tonii.

Quantos leones domuit una infirmitas
delicata! Affectus, qui spiritualis est, fac-
ilè degenerat in sensualem; nihil citius
putrescit, quàm caro, & sanguis. Hic sibi
qui fidit, consistit in lubrico.